

PRACTICA D.
IOANNIS PETRI DE FER-
RARIIS PAPIENSIS I. C.
CLARISSIMI OMNIBVS
tam Ius dicentibus quàm Aduocatis
vtilis & necessaria.

Cum Annotationibus Francisci Curtij, Bernardini Lan-
driani, & Ioannis Antonij Masuerij Caramu-
nensis I. C. aliorumque accessioni-
bus aucta.

*Adiectis Receptarum Sententiarum (quas COMMUNES OPINIONES vocant)
Forensium Questionum, & Decisionum centurijs.*

Diligenter recognita, & à quamplurimis mendis vindicata, Cum dupli-
cique INDICE locupletissimo.



*Este es purgado q
me al expurgat del lio
de 1652. lo firme
con comision del P^o ofi-
ca Salam^a.*

*Juanes Aleand^r
y confesioe al Des. Cgo
Martin de Prado*

COLONIAE
Apud Gerinum Calenium, & hæredes Ioannis Quentelij.
ANNO M. D. LXXX.

Cum gratia & privilegio Casareæ Maiestatis.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM



AMPLISSIMO

TAVRINEN.

ARCHIEPISCOPO

HIERONYMO A RVVERE,

Ioan. Antonius Masuerus S. D.



IOAN. PETRI FERRARII Ciuilem praxim, ecclesiastica censura purgatam: opus vere aureum, ac ijs, qui in foro versantur, planè necessarium, cum diligenter, sapiusque euoluissem (religiosissime Præsul) idque varijs mendis fœdaturum, magno studiosorum incommodo, obseruassem: non alienum à studiorum meorum ratione fore existimaui, si illud mendis, superfluisque expunctis, varijs & accommodatis scholijs illustratum, nouumque propè factum, sub tuis auspicijs, Iurisperitorum & Causidicorum ordini restituerem. Tu enim is es, cui præter priuata tua in me officia & merita, non modò ob linguarum, Christianæque Theologiæ, quam cum eloquentia, ipsa que philosophia coniunxisti, multiplicem eruditionem, sed ob Iuris ciuilis peritiam, quam tuis alijs egregijs animi dotibus, in Patauino olim gymnasio, magna cum laude, adiunxisti, huius meæ, licet tenuis, operæ fructum debeo, maioraque debere sentio. Accedit ad hæc natalium tuorum splendor eximius, vitæque & morum sanctitas, ac (quod potissimum duco) diuina illa beneficentia virtus, qua literatos omnes foues atque complecteris, vt tibi propterea omnis eruditorum, piorumque hominû natio, assiduis à Deo precibus, summa quoque expectat honorum, auctoritatis, dignitatisque additamenta. Quod benigna GREGORII XIII. PONT. MAX. in te, tuique similes voluntas, bono esse animo iubet. Accipe igitur hanc, quamuis exiguam, mei erga te animi significationem, & laborum meorum primitias, quas tuis auspicijs, obtrætorum calumnijs, criticorumque censuris tutas fore speramus, & me, qua cœpisti, beneuolentia prosequere. interim Deum supplices orabimus, vt te in primis conseruet, amplificetque. Vnde

& CHRISTI Ecclesiam, literariamque Rempublicam, magna incrementa accepturas speramus. Vale: ex

Augusta Taurinorum vrbe, Calend.

Iunijs, Anno Iubilei

M. D. LXXV.



ELI

2 2 IN

IOANNIS PETRI FERRARII PAPIENSIS,

IVRIS CONSULTI CLARISSIMI,
Aurea, omniq̄ue ex parte repurgata Praxis.

P R A E F A T I O.



QUONIAM vita brevis ac incerta, qua fruimur, sensusque hebes, negligentiae torpor, multimoda diuersorum occupatio, nos pauca scire permittunt, & quae plerumque sunt scita, cogiter excutit & euellit fraudatrix obliuio, memorię inimica: Necessariũ

fuit, vt prudentia diuina, in remedium infirmitatis humane, literarum vsum mortalibus exhiberet: vt per illum, quę gesta sunt, & gerũtur, conseruarentur in eum: Nati enim ipsa diuina natura Philosophos produxisset antiquos, quorum beneficio plura insinuata sunt posteris, quibus glaudemur, & eorum imitatur inuicta, perissent artes, euanuisissent iura, & totius Philosophiæ corruissent officia. Vnde merito in honore habedi sunt, à quibus tanti boni initia fluxerunt. Qua de re animaduertens ego Io. Pet. de Ferrar. iur. legũ doctoris minimus, filius q. egregij doctoris D. Augustini, ciuis inelytę ciuitatis Papię, quod diticiatũ & fortunę gloria, fluxa atque fragilis est, virtutum autē gloria clara, æternalę habetur, quo deę etiam nulli nato preclusa est via aliquid inuictis adijcere, cũ ipsa veritas nondum sit occupata, sed ex ea multam furtis relictum est: proposui sequi exitij Catonis exemplum, qui 86. agens annum, vt ne memoriam tardiorẽ, aut laterum infirmitatem, aut qualitatẽ carniẽ, aut membrã torpentia, aut linguam impediatam quisquam animaduerteret, gręcis literis post latinas appetijt erudiri: & cũ sint eloquentiæ gloriam comparasset, id egit, vt iuris quoque ciuil. peritissimũ haberetur: & in mei aliquale memoriam, ac Manfredi filij mei, nec non procuratorum, & notariorum dictę ciuitatis Papię doctrinam, presens opusculum modernę iudicialis practicę aggregare sub breuiori & clariori compendio, quã fieri mihi possibile fuit, vreo mediãte, facilior via sit singularis capere in biennio; ad quod quęrdum antea difficile peruenire fuerat in decennio. Itaque fratres, & filioli pređicti, alacri studio presens opusculum, sub memorabili noua grãte inchoatum anno nunc corrente. M. cc. c. quo anno, mēse Septembris, natus est pređictus Manfredus filius meus, grãtiosę suscipite, curiosę perlegite, & fructuosę memorię commendate, vt digni etiam inuini rempublicam vestro patrocinio gubernare, vt inquit Imperator in proemio Insi. in fi. & in l. aduocatoz. C. de aduo. di. iud. Amputantes sollicitudinem iurgiorum, per quę Respublica læditur, & plerumque confunditur, vt l. si quis ingenuam, §. in ciuilibus, ff. de capti. & possi. re. Sed quoniam pauca ad ann. xxx. pauciores ad xl. paucissimi ad lx. perueniunt: & si tempora detrahantur dormicionis, ac infantilis & decrepitę ætatis, paruisimum tempus restat alicuius fructuosę operationis: & denique mundana scientia perit ex

toto finita vita, licet secundum S. Tho. de Aquin. alius succedere debeat altior intellectus: Nescio consulerẽ alicui personę, nisi forsitan clerico, aut magno diuiti, quod in huiusmodi scientia gradum doctoratus ascendat, sed ad sobrietatem sapere sufficiat. gradus enim iste redigit hominem de libertate in seruitutẽ, cum sumptu etiam magno quaeritur, & anxietate tenetur. Ideo nos admonens Seneca inquit: Quanta clementia est, superuacua ducere in tanta temporũ egestate, & ex hoc tempore, quod sufficere nec ad necessaria quidem perest, etiam si diligentissimẽ custoditum fuerit, maiorem partem in superuacua erogare? Deo gratias.

FORMA INTERROGATIONIS fienda cum reo conuicto a liispe reali.



QUAM iure cautũ sit, quod agere intendens quauis actione reali, prius requirere debeat, an reus conueniendus, sit illius rei possessor, vel etiam detentator, super qua libellus est offerendus: ne illo non possidente, seu detinente, frustratorie laboraret. Itcirco à vobis D. potestate vestroq; vicario ciuitatis Papię, petit & requirit Andrinus de la Corona, suo proprio nomine, quatenus ex officio vestro, & omni modo, iure, via & forma, quibus melius fieri potest, interrogetis^a in iure Ioannem de Oliarijs, super omnibus & singulis infra scrib ptis, interrogatum respondere cogatis^b sub eius calumnię iuramento, & omnibus iuris remedijs. Primò, an dictus Ioan. teneat & possideat^c etiam vnã terrę cultã, positã & iacentem in loco Sartyranę, quę est perticarum 100. cui cohæret ab vna parte & c. Item, an in solidum, vel pro parte teneat, vel possideat ipsam petiam terrę. Item, & pro quota, & quãta illam tenet & possidet. Item, quo iure & titulo. Item, an dolo, vel culpa ipsam terram deserit possidere, & tenere, & c.

ADDITIONES.

^a Interrogatis. Adde, quo iure interrogationes fuerunt inuentę, Speculat. in tit. de posit. §. 3. & ibi qualiter differant à positionibus, & per glo. in c. 1. de confess. in 6. per Host. in Sum. eod. tit. per Pau. de Caslr. conf. 300. tit. impress. Adde, quod est in consil. 347. in 2. volum. consil. nouorum, Io. Tho. Et qualiter, & quibus